

## B. ORATIONES

### I. IN ALEXIVM ARISTENVM

Virorum amplissimorum laudatio eo magis temeraria quo magis necessaria; argumentum enim maius quam pro oratoris viribus: nihilominus laudator rem attingere audebit, hoc pro certo habens, opus suum, utpote solis imaginem, venustate quadam ac nitore fulgere posse. ab exordio, ut mos, ad urbis patriae laudes transitur, C. polis, quae caeli temperatione, agrorum ubertate, piscoso mari, felici situ, rebus ac memoria quam Romanae gloriosioribus reliquas superat urbes. Aristenorum gens non minus quam urbs egregia, quae ex verbo, quod est *ἄριστος*, nomen ducit quaeque pro meritis suis imperatoris gratiam sibi conciliavit. de Alexii in studiis curriculo iam disseritur: eum grammatistam, grammaticum, rhetoricum ex ordine audisse, philosophiam deinde atque iura didicisse. insigniter a doctrina instructus, moribus atque indole probis sanctisque ornatus, Alexius ad rem publicam aggressus est cursumque suum transcurrit, inter oratores, viros civilis, iuris consultos primas agens, inclitis antiquorum viris, ut fuerunt Aristides vel Themistocles Athenienses, minime cedens. ad trinas denique potestates, scilicet *πρωτεκδικον*, *νομοφύλακος*, *ὄρφανοτρόφου*, quibus Alexius tunc fungebatur, adluditur necnon, ut quidem videtur, ad Ioannem Comnenum imperatorem res in Cilicia et Syria annis 1137–1138 gerentem, ex quo colligi potest orationem a Basilaca circa illa tempora conscriptam esse.

*Τοῦ Βασιλάκη κῦρ Νικηφόρου λόγος εἰς τὸν πρωτέκδικον* S 403<sup>v</sup>]  
*καὶ νομοφύλακα καὶ ὄρφανοτρόφον κῦρ Ἀλέξιον τὸν Ἀριστηνόν*

- 1 Ἐδόκει ποτὲ τῷ μύθῳ, ὁ δὲ μῦθος Ἑλλήνιος, ἐπεὶ καὶ περιττοὶ μυθολογεῖν Ἕλληνας (ἀλλὰ με μηδεὶς μυθολόγον οἰέσθω καὶ τὰ τοιαῦτα μειρακευόμενον· ἐξ ἑτέρων γὰρ ἕτερα περανοῦμαι καὶ τὸ μυθῶδες εἰς ἀλήθειαν μεθαρμόσομαι), ἐδόκει δὴ οὖν καὶ δέρας χρυσοῦν ἀνεπλάττετο καὶ τὸ δέρας αὐτῷ τῷ μύθῳ πρὸς Κόλχους μετήγετο. ἐντεῦθεν Πελίας μὲν ἐπέτα- 5  
τεν, Ἰάσων δὲ ἤθλευε καὶ ἡ Ἑλλὰς ἐκεκίνητο, μᾶλλον δὲ τῆς Ἑλλάδος ἅπαν ὅσον τὸ κράτιστον. παρῆν ὁ Πηλεὺς οὐκ ἀπῆν Τελαμών, εἶχετο τοῦ πλοῦ καὶ ὁ ἑκαλλίνικος ἥρωες καὶ σύμπλους ἦν ἅπας ἡρώων κατάλογος. ἀλλ' εἰ μὴ καὶ ὁ τῆς Καλλιόπης Ὀρφεὺς ξυνέσται καὶ καταθέλξει τὴν θάλασσαν ταῖς ᾠδαῖς (εἰς τοσοῦτον γὰρ μουσικῆς αὐτὸν ἤγεν ἢ ποιήσεις), οὐκ ἂν ἄλ- 10  
λως οἱ θεῶν παῖδες ἔφασαν· «ἀκύμαντος ὁ πλοῦς ἡμῖν ἔσται καὶ ἄκλυστος».